

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

An omnes cælestes spiritus mittantur. A. B. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

populorum iuxta numerum angelorum D<sup>e</sup>i.

*Quidam dicunt secundum numerum lapsorum angelorum  
homines reparandos.*

quoniam  
ficiunt  
qui ad

Quoniam  
nus de  
tior. I  
ambit  
posto.  
spiritu  
runt c  
digni  
le q  
Quasi

Hic  
cii De  
ordin  
dicun  
si ex o  
geli ne  
maior  
orta:  
etia n  
gelos  
spiritu  
Put

*Cap. 19. in  
medio.*

*Rom. 4.6*

*Dan. 7. c.  
Dionysius  
e. 1. cælestis  
in princ:*

A quibusdam ramen putatur, quod homines reparentur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt: illa cælestis ciuitas, nec suorum ciuium numero priuetur, nec maiori copia regnet. Quod Aug. in Enchy. sentire videtur, hoc afferens de hominib. plus saluari quam corruit de angelis, sed non minima dicens, Superba Hierusalem, mater nostra, ciuitas Dei, nulla ciuiu suorum numerositate fraudabitur, aut uberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque etiam numerū aut sanctorum hominū, aut immundorum demonum nouimus: in quorum locum succedentes filii catholice matris, quod steriliis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine ullo temporis termino permanebunt. Sed illorum ciuium numerus siue qui est, siue qui fuit, siue qui futurus est, in contemplatione eius artificis est, qui vocat ea quae non sunt tanquam ea quae sunt. Ecce aperte dicit non minus de hominib. saluari, quam corruit de angelis: sed plus non afferit.

#### AN OMNES SPIRITVS CÆLESTES

mittantur: & ponit duas Opiniones, & authoritates quibus innituntur.

#### DISTINCT. X.

A

**H**oc inuestigandum est: Vtrum omnes illi cælestes spiritus ad exteriora nuncianda mittantur. Quidam putat aliquos in illa multitudine esse, qui foras pro officio exeunt, alios qui intus semper assistunt: sicut scriptum est in Daniele: Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Item Dionys. in Hierarchia, quae sacer principatus dicitur, de prelatione spirituum ait: Superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt: quo-

quoniam ea quæ præminēt, vsum exterioris officiū nunquā habēt His authoritatib⁹ innituntur,  
qui angelos mitti, nisi inferiores insificantur.

## Obiectio contra illos.

B

Quib⁹ obiicitur, q̄ Esaias ait: Volauit ad me v-nus de Seraphin: qui ordo superior, & est excellētior. Ideoque si de illo ordine mittuntur, non est ambigēdum, quin etiam & de aliis mittantur. Apostolus quoq̄ ait: Omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi. His testimoniis asse-runt quidam omnes angelos mitti. Nec debet indignū videri si etiā superiores mittātur, cum & ille q̄ creator est oīura, ad hęc inferiora dēscēderit. Quæstio, Si omnes mittuntur, tūr vnuſ tantū ordo nomine angelorum censetur.

C

Hic oritur quæstio: Si omnes mittuntur & nūc Dei existunt, quare vnuſ tantum inter nouem ordines, angelorum nomine censetur? Ad q̄ quidā dicunt, omnes quidē mitti, sed alios sēp̄, & quasi ex officio iniuncto, q̄i p̄priè angeli, vel archāgeli nominantur; alios vero rarius mitti, scilicet, maiores, causa extra communē dispēsalōne oborta: q̄ cum angelorum ministerium suscipiunt, etiā nomē assumunt. vnde in Psalm. Qui fecit angelos suos spirit⁹ & ministros: quia illi qui natura spiritus sunt, aliquādo angeli, id est, nuncū fiunt.

Responſio  
quorū dāntur

Putant quidam Michael, Gabriel, Raphael de superio-

ri ordine fuisse: & sunt nomina spirituum,

& non ordinū.

D

Et putant illi, Michael, Gabriel, Raphael de su-priori ordine fuisse. Michael interpretatur, q̄s vt Deus: Gabriel, fortitudo Dei: Raphael, medicina Dei: nec sunt ista nomina ordinū sed spirituū. Et dicunt quidē singulū horum vni⁹ p̄priè ac singulariter spirit⁹ esse nomē. Alii vero, sō vni⁹ singulatiter & determinatè, sed nunc huius nunc illius es-tenomē, secundum qualitatem eorum ad q̄ nun-cianda